



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

P R A X I S C O M P E N D I A R I A V I S I T A N D Æ C I V I T A T I S.

E t Diœcesis ab Episcopo.

Ad Lectorem.

GHeoriam alij, alij Praxim, vtramque non pauci; fusè illi, confusè hi; omnes autem (eorum pace dixerim) ultra metas puræ Visitacionis , de Visitatione scripserunt . nam definiendo res ipsas visitandas, disputando, Doctorum axiomata referendo, Canones multos congerendo, superflue interrogando , multa tamen omittendo utilea, & quicquid tere ad Episcopi potestatem attinet, ad unum visitationis titulum reuocando, impleuere libros . puram ergo Praxim, & quæ præ manibus haberi possit in ipsam Visitacione ; necnon eam tantum Theoriam , quæ satis esse potest ad communiores casus , desiderantibus plurimis , & à me vtramque depositentibus , eam attigisse mihi videor ; experientia teste , in Imolensi , & Perusina Visitacione, sub Ferdinando Millino , & Neapolione Comitulo , quos honoris causa nomino , & hoc opusculo breui comprehendisse ; in quo per Indices Praxim, per Annotationes Theoriam, sufficientem vtramque ad iuuandam peritorum Episcoporum memoriam, velut indice digito indicamus . si quid nouisti rectius istis ; Candidus imperti : si non, his vtere tecum , & Vale .

De Visitatione in genere . §. I.

TO TA ratio Visitacionis Episcopalis reduci potest ad ea capita de quibus communis est Versus. Quis , Quid , Vbi , Quibus auxilijs , Cur , Quomodo ; Quando .

1. Et quærito: Quis? Respondeo Episcopus ipse, vel per idoneos ministros, si legitimè impeditus fuerit, & Concil. Trid. sess. 24, cap. 3. hoc est, per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem ut ibidem dicitur .

2. Quærito: Quid? Respondeo; loca, & personas iurisdictionis Episcopalis, de quibus infra in proprio Indice .

3. Quærito; Vbi? Respondeo; in proprijs locis

facienda est Visitatio locorum , & personarum , nisi haec commodius alibi haberi possint. ex Conc. Tolet. 4.c. 35.

4. Quærito: Quibus auxilijs? Respondeo: tria misericordie iuare visitationem Episcopalem . primum est, oratio Visitatoris, & visitandorum ad Deum, alterum est Visitatoris exemplum ad Clerum, & populum . Tertium est notitia necessaria sacrorum Canonum , & præfertim in hoc genere sacri Concil. Tridentini , quam in hac Praxi supponimus, dum Episcopo visitandi rationem tantummodo indicamus .

5. Quærito: Cur? Respondeo finem Visitacionis eum esse , qui à Trid. Concil. prescribitur, sess. cit. nempe sanam, orthodoxamque

P 4 doctrinæ